

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio br
cum fonte primo

Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo, nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit, nec unusquisque eorum festinet quomodo aliis maior appareat sed quomodo omnibus inferior uideatur; quoniam non qui maior fuerit in honore ille iustior est, sed qui iustior fuerit ille est maior.

Crisostomus ibidem (omelia XXV. super Mattheum).

Quicumque ergo desiderat primatum caelestem, sequatur humilitatem terrestrem:

quicumque autem desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in caelo: ut jam inter servos Christi non sit de primatu certamen, nec festinet unusquisque eorum, quomodo aliis major appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui major fuerit in honore, ille est justior, sed qui justior fuerit, ille est major.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 35 (PG 56, col.830).